

1582 14<sup>a</sup> Martii

67  
Ex libello impreso Vitru

Stephano Poloniae Regi  
Antonius Cossevius.

18

Paucos post dies quam huc parveni, scripsi M. V. et Ill. D.  
Cancellario, ijs de rebus, de quibus agere ceperam cum illaque hoc  
Duce; quodque ille cupiebat, quo pax Divina ope confecta,  
servari posset, ut à V. M<sup>te</sup> juberetur, si quod, post osculo crucis  
sanctam pacem, alicubi fuisse à V. M<sup>te</sup> militibus damnum  
illatum, id ut, quod ejus fieri posset, sarciretur; se idem auctorum,  
qui jussisset tormenta V. M<sup>te</sup> ex Ostrovia deduci, eosq; plecti,  
qui injustè injuriam aliquam, vel damnum militibus V. M<sup>te</sup>  
intulissent. De Tartaris quod agere ceperant, id in adventum  
M. V. Legatorum eas ob causas rejectum est, quas praesens ipse  
Deo juvante referam. Mamonnicium autem, reliquosq; omnes  
mercatores Lithuanos, cum numine Ill. V. à Magno D. Domini  
petissem, is statim eos liberari jussit, sicq; eos ad triginta,  
sicut heni mihi per Senatores suos significavit, rina cum  
Tabellano praemittit: simul iudicationes se Legatum ad Pontificem  
max. mecum misurum: ac propterea cupere, ut liber illi per  
ipsum V. M<sup>te</sup> regnum sic pateat transitus, ut etiam Pistorum,  
qui illum cum Equis deducat, invenire possim in finibus,  
licet ego patentes ad id, ut puto sat comoda, à V. M<sup>te</sup> jam  
mecum huc attulerim. At quoniam meo rogatu, duodeviginti  
Hispanos et Italos in gratiam Summi Pontificis liberos dimittit,  
qui ex Turcia tyrannide per Tanaim elapsi prope Asophum  
arcem dudum in hac regione, quingentis abhinc Verstis, in  
Urbe Vologda detinebantur; propterea rogo M. V. ut cum

Moschica

ij; item pari benignitate utatur; nempe ut Orsam litere mittant;  
quibus ille prefectus admoneatur, ut illos incolumes deduci  
curret, ac si opus sit, aliquo auxilio foveat. Jam vero quod  
ad reliquos captivos attinet, qui huc ex Lithuanis vel Polonis  
vigente bello adducti fuerant, facile fuit V. M<sup>te</sup> nomine,  
me ab hoc Principe obtinere, ut eis liberiores custodie paterent,  
atq; adeo mihi nonnullos itinere meo necessarios concederet,  
quandoquidem aliqui ex meo Comitatu intenerant. Quod si  
quemadmodum spero, M. V<sup>ra</sup> eadem charitate, qua solet,  
cogitarent vicem huc Magni Domino rependere; et isti  
Captivi Mosi, ut melius quam antea accipiantur, neque eos  
non ita comode tractarent, mandaret: statueret autem ut  
pax tanta hoc item fine coronaretur, id est, ut utriusq; liberi  
Captivi omnes statim dimitterentur, neq; aliqui extra Regnum  
abducerentur, faceret opus dignum se M. V. Ceterum  
adducam meam Isthuc Magni Ducis Legatum; atq;  
ubi, que opus sunt, egero cum V. M<sup>te</sup>, me in viam dabo;  
in quam forsane erit paratus Ill<sup>ms</sup> Dominus Andreas,  
de quo animus meus multo majora mesagit, quam  
audeam dicere. — V. M<sup>tem</sup> Deus omnibus bonis celestibus  
cumulet. Mesporie die III. Martij 1582.